iam dcm est. apls s̃c dñi. s̃c mulieres videtẽ. i. inspicietes. cũ s̃c dñm. vi
uere. i. q viueret. osculant pedes dñi. s̃c iesu christi

Quo agnito discipuli in galileam propere. pergunt videre
faciem desideratam domini.

Expositio hymnoꝝ

Quos sup⁹ facto agnito. i. cognito discipuli. s⁹ christi ꝓgunt. i. vadūt ꝓpere id est festinanter in galileā. i. ad illud villagium. videre faciem dñi desidera tam. id est optatam

¶ Claro paschali gaudio sol mūdo nitet radio. cuꝝ christū iā

apli visu cernūt corporeo

¶ Sol nitet. i. splendet. mūdo. claro radio. paschali gaudio. id ē in paschali gaudio. cum ꝓ quādo apostoli. s⁹ christi. cernūt. i. vident. christū. s⁹ ihm crucifixū. corporeo visu. i. corpali visu

¶ Ostēsa sibi vulnera. in christi carne fulgida resurrexisse do

minū voce fatentur puplica.

Vulnera ostensa. i. vulneribꝰ ostensis sibi. i. aplis. in fulgida carne. i. gloriosa carne christi. s⁹ illi apli fatent. i. ꝓfirmāt. publica voce. i. alta ⁊ clara voce dñm resurrexisse. i. q̄ dñs resurrexit a mortuis.

¶ Rex christe clementissime tu corda nostra posside vt tibi

laudes debitas reddamus omni tempore

¶ O christe tu dico clementissime rex. id est mitissime. tu posside. i. gubꝛna. nostra corda. i. nostras cogitationes. vt s⁹ nos reddamus. i. ꝓsoluam⁹ tibi s⁹ christo. debitas laudes

Quesumus auctor omniū ⁊c. Gloria tibi dñe ⁊c.

Decenam agni prouidi et stolis albis candidi. post trā

sitū maris rubri. ꝑpo canamus ꝓncipi

¶ Materia huius hymni est q̄ nos inuocat autor ad cenam agni illius q̄ tollit peccata mūdi. ꝛez ad accipiendū corpus ⁊ sanguinē dñi de quo dictum est. qui sumit corpus xp̄i indigne iudiciū sibi manducat ⁊ bibit. qui vero digne habebit vitā eternā. nos vero positi ad cenam agni. id est ad accipiendū corpus et sanguinez dñi vel ad vltimū p̄ceptū christi. q̄ sicut post cenā nullū restat prandiū. ita post nouū testamentū nullum restat p̄ceptum ad cenam agni ꝓuidi ⁊ agni candidi stolis albis. i. cū virtutibꝰ. canam⁹ ꝓncipi christo. i. laudemus eum de resurrectōe. post transitum maris. i. baptismū vel post gloriā resurrectiōis

¶ Cuius corpus sanctissimū in ara crucis torridum cruore

eius roseo gustando viuimus deo

Sanctissimū corpus cuius xp̄i torridū. i. crematū. q̄ passum in ara crucis. gustando. i. suscipiendo cū roseo cruore viuim⁹ de.

protecti pasce vespere a devastante angelo erepti de du/

rissimo pharaonis imperio

Dico q viuimus deo protecti id est defensi vel seruati vespe pasce. id ē vltima etate ab angelo devastante id est percutienti primogenita egypti erepti id liberati de durissimo imperio pharaonis .i. diaboli.

Jam pasca nostrum christus est qui immolatus agnus ē

sinceritatis azima caro eius oblata est

Jam pasca. Construe christus est iam nostrum pasca id est transitus de vicijs ad virtutes, quia christus est agnus id est patiens immolatus pro omnibus nobis. Vel sic quia christus imolatus pro nobis est agnus sinceritatis. id est puritatis caro eius oblata. id est sacrificata est azima id est sine fermēto vel sine amaritudine. azima dicit ab a quod est sine et zima quod est fermentū vel amarū. Inde azima q̄si sine amaritudine

O vere digna hostia p quā fracta sunt tartara redempta

plebs captiuata redit ad vite premia

O vere digna hostia. id est sacra per quam. sc̄z hostiā tartara sunt fracta. et per quam plebs captiuata id est anime sanctorū sunt redempte et p quā premia vite eterne sunt reddita in vita eterna.

Cum surgit christus tumulo victor redit de baratro tyrā

num trudens vinculo et reserans paradisum

Cum id ē q̄n christus surrexit tumulo .i. de sepulchro victor redit de baratro id ē de fouea inferni trudens .i. claudens tyrannū .i. diabolū cum vinculo id est cum potestate sua. et reserans paradisum. fidelibus suis. q̄z tua misericordia hoc fecisti. Ideo rogamus te. Quesumus auctor omnium ꝛc.

Terne rex altissime redemptor et fidelium quo mors

soluta deperit. datur triumphus gratie

O eterne rex altissime et redemptor fidelium. quo id ē per quē mors soluta. deperit. id ē destructa extinxit. perit inquā mors eterna. id est descensus ad inferna. q̄z sancti illuc modo nō descendūt. vt ante passionē christi. triumphus id est victoria gratie datur tam glorificanda in anima et corpore et glorificandis in resurrectione.

Scandens tribunal dextere patris potestas omniū colla

ta est ihesu celitus que non erat humanitus

Tu es scandens id est ascendens. tribunal id est sedes. dextere patris

id est ad equalitatem patris potestas omniū rerum est collata. id est attri-
buta. hoc. scz christo t hoc. celitus. id est diuinitus possumus dicere q̄ so-
lus est ad dexteram patris. ceteri ordines sanctorum ad sinistram respe-
ctu claritatis filij que potestas non erat ei collata humanitus. id est q̄diu
vel quando erat in mundo.

Ut trina rerum machina celestium terrestriū infernorum

condita flectāt genu iam subdita

Dico q̄ potestas datur diuinitus christo qui non erat humanitus. vt
trina rerum machina. scz celestiū terrestriū t infernorū condita ad te flectāt
genu iam subdita. id est flectentes genua celestes terreni t infernales sunt
subdita. id est humiliata. tibi. id est ad honorem tui.

Tremunt videntes angeli versa vice mortalium culpat

caro purgat caro regnat deus dei caro

Angeli videntes humanā formam vel naturam. tremunt. id est mirant
scz quia videbant humanam naturam. per ipsum. id est per christum. i. ad
dextram patris collocatam t exaltatam. t hoc. vice versa mortalium ca-
tenebant et mirabantur. Et nota q̄ ante natiuitatem christi angeli ab ho-
minibus se adorari patiebantur. sed non postea. sicut legimus de iohan-
ne qui cum vellet angelum adorare inquit angelus iohanni. Noli me ado
rare seruus tuus enim sum t fratrum tuorū. Caro ade culpat nos. id est q̄
adam in peccatum cadimus. Caro christi. purgat nos. id est per christum
de vicijs surgimus. Caro dei. id ē deus regnat. q̄ xp̄s deus t homo.

Tu esto nostrum gaudium manens olimpho preditum.

mundi regis qui fabricam mundana vincens gaudia

O xp̄e. tu esto nostrū gaudiū manens preditum. i. nobis paratū hono-
ratū vel sublimatū. olimpho. i. in celo. tu qui regis. i. gubernas. fabricā mū-
di vincens mundana gaudia.

Hinc te precantes quesumus ignosce culpis omnibus t

corda sursum subleua ad te superna gratia

Quasi di. despexisti gaudia mundi et hinc nos precantes q̄simus. id ē
deprecamur te ignosce culpis oibus. id est dimitte nobis peccata nostra t
subleua. id est sursum leua corda ad te superna gr̄a. id est p̄ suma miserdia.

Ut cum rubente ceperis clarere nube iudicis penas re-

pellas debitas reddas coronas perditas

Nos q̄sum⁹ te vt cū. i. q̄n. nubes iudicis. i. xp̄i ceperit clarere repente. vt
alia lr̄a. Ut cū. i. q̄n ceperis clarere. i. fulgere. nube iudicis. i. xp̄i. rubente. i.

clarescere.i.deo ipo audiere a nobis repellas penas debitas p Adā.z red/
das.i.tribuas p gram.coronas gditas. per culpā z inuentā z collatā sm
meritū p gram.qz nō necessitate cogente.sed volūtate.i. gratis a morte li/
berauit z saluauit.

Gloria tibi domine.qui scandis supra sydera cum patre

et sancto spiritu in sempiterna secula Amen

O dñe thesu xpe.q scādis sup oēs celos. gla.i.laus z honor.sit t tibi cū
pre z sancto spiritu i sempiterna secula.amē.id est sine defectu

Esu nostra redemptio amor et desiderium.deus cre

ator omnium homo in fine temporum

O thesu tu dico.amor z desiderium nostrū.id est amor desiderabilis.
deus creator omniū qui es in fine tempor.factus homo. Unde deus z hō
et hoc tamen vltima etate.

Que te vicit clementia.vt ferres nostra crimina.crudelz

mortem patiens vt nos a morte tolleres

Que id est quanta.clementia.id est pietas.vicit.id est compulit.vt fer/
res.id est portares vel deleres.nostra crimina.scz peccata tanctz pariēs cru
delem mortem.crucis pro peccatis nostris. Et quare tu.tolleres.id est libe/
rares. nos a morte.id est diabolo.

Inferni claustra penetrans.tuos captiuos redimens.vi/

ctor triumpho nobili ad dextram patris residens

Tu penetrans.id est frangens.claustra inferni redimens.sanguine tuo
captiuos.qui tenebantur iuste in inferno .residens ad dextram patris ma/
nens victor triumpho nobili.id est mirabili victoria

Ipsa te cogat pietas.vt mala nostra superes parcendo et

voti cōpotes.nos tuo vultu facies

Ipsa pietas.que coegit te vt subires mortem crucis.cogat.id est vin/
cat te.vt superes nostra mala.id est dimittas nobis debita nostra.z facies
nos compotes nostri voti.id est desiderij.tuo vultu. id est tua presentia

Tu esto nostrum gaudium. qui es futurus premiū.sit no

stra in te gloria p cuncta secula. Amen

Et tu qui es futurus nostrum premium esto nostrum gaudium.id est
in presenti z in futuro.z nostra gloria.id est laus.sit in te semper.id est i om
ni tempore per cuncta secula.Amen.

Expositio hymnorū

Ut xp̄e nostrū gaudiū manens olimpho preditū. mū

di regis qui fabricam. mundana vincens gaudia

O tu xp̄e sp̄c existēs nostrū. tu dico manens. i. existens preditū. i. ornatū olympho. i. in celo. sp̄c tu xp̄e. qui sp̄c xp̄e. regis. i. gubernas fabricā mundi. tu dico vincens. i. exuperans. mūdana gaudia. i. gaudia huius mundi

Hinc te precantes quesumus. ignosce culpis oībus ⁊ cor

da sursum subleua. ad te superna gratia

Hinc supple nos precantes. id ē rogantes. quesumus. id est rogamus te sp̄c xp̄m. ignosce. id est indulgentiam tribue. oībus culpis. id est peccatis. ⁊ subleua sursum. nostra corda. id ē nostras cogitatōnes ⁊ desideria ad te sp̄c christū. superna gratia. id est summa misericordia.

Ut cū rubente ceperis. clarere nube iudicis. penas repel

las debitas. reddas coronas debitas

Nos q̄sum⁹ te vt cū p q̄n. tu' xp̄e' ceperis. id ē inceperis. clarere. id est fulgere. ⁊ hoc dico nube iudicis. i. christo clarescente. sp̄c tunc repellas sp̄c a nobis debitas penas. scz per adam ⁊ nostra peccata. sp̄c tu reddas per gratiam coronas debitas.

Tu esto nostrū ⁊c̄. Gloria tibi dñe ⁊c̄.

Am christus astra ascenderat. regressus vnde vene

rat promissa patris munera sanctū daturus spiritū

Materia huius hymni est eadem que ⁊ in p̄misso. Spiritus. id est consolator vel aduocatus dicit quia consolatur nos cum sumus in peccatis trahendo nos ad celestem patriam ipse spiritussanctus cum splendore feruenti apparuit discipulis suis. quia sermo igneus futur⁹ erat. ideo in ignea lingua eis apparuit q̄ fecit eos ardētes ī dilectiō e dei ⁊ p̄ximi ⁊ pcto p̄mone affluentes. ⁊ hoc ē q̄ xp̄s ascenderat tam p̄m humanitatē astra. i. celos. xp̄s. dico regressus. id est reuersus. vnde. venerat daturus. apostolis. munera promissa patris. spiritum sanctum.

Solennis vrgebat dies. quo mystico septemplici orbis

volutus septies signat beata tempa

Solennis. id est festiualis dies. vrgebat. i. festinabat vel iminebat. septies septiēq̄ sunt quadraginta ⁊ nouē. ⁊ vno addito ḡnquaginta. Per septē intelligim⁹ temporalia. id est corpalia. per que septē totum tempus vite

nostre volutur in quo debemus liberari a peccatis. vt peruenjamus ad sjlam beatitudinem que intelligitur per vnū t quadraginta dies. in quibus ieiunare debemus. vt peruenire possimus ad diem sabbati. id est ad requiem. quo die. mistico. id est figurato. septemplici. id est per figuram septemplicem. orbis. id 'est septimana'. volutus septies. id est per quadraginta t nouē dies. signat beata tra. scz futura. i. eternā requiem.

Dum hora cunctis tercia repente mundus intonat orantibus apostolis deum venisse nunciat

Et quia christus ascenderat dum hora tercia videbat esse. cunctis. i. oībus apostolis mundus intonat. repente. id est subito. t ille sonus vel mūdus nunciat deum venisse. orantibus apostolis. id est simul in vnū locum congregatis. t orantibus t expectantibus promissionem dñi sui. scz xpi. cū ipse de illa promissione eis ante ascensionem locutus fuisset di. Ecce ego t venio ad vos. t mittam vobis paraclitum. id est consolatorem qui docebit vos omnem veritatem. Et ita facti perfectiores in omni scientia erant. qa diuersa genera linguaꝝ loquebantur t pdicabant magnalia dei.

De patris ergo lumine decorus ignis almus est. qui fida christi pectora calore verbi compleat

Et quandoquidē pr̄ misit spiritū ergo. ignis. i. spiritus. decorus. id est pulcer. est almus de lumine patris. qui spiritus. compleat. id est vt haberēt scientiam loquendi. pectora apostolorū vel hominū. fida. id est fidelia christi et hoc cum calore. id est ardore spiritussancti. verbi. id est filij.

Impleta gaudent viscera afflato sancto spiritu. voces diuersas intonant. fantur dei magnalia

Viscera apostolorū. impleta. id est saciata gaudent. quia fecit eos loquētes. t etiam ardentes in amore. t afflato. id est aspirato spiritusancto intonante. diuersas voces. id est generatiōes omniū linguaꝝ. t fatentur vel fantur. magnalia dei. id est mirabilia dei. id est predicant nomen dei omnipotentis.

Ex omni gente cogniti grecis latinis barbaris cunctisq; admirantibus. linguis loquūtur oībus

Ex omni genere. id est ex omnibus gentibus. cogniti sunt apostoli. scz a grecis. latinis. barbaris. cunctisq; admirantibꝰ apostolis loquūtur linguis oībus. que sunt quadraginta t decem.

Judea tunc incredula vesana torno spiritu ructare musti crapulam. alumnos christi concrepat

Expositio hymnorū

Ita loquebantur ⁊ omnes admirabantur sic loquentes ⁊ credunt deū in eis esse. Sed iudei increpat eas. id est plebs iudeorum. incredula. id est infidelis. illa dico. vesana. id est insana. rorum spiritu. id est superbo. cōcrepat alumnos. id est discipulos christi ructare crapulant musti. id est cōterminat loqui.

Sed signis et virtutibus occurrit et docet petrus falsos prophetas perfidos iohelis testimonio

Estimabant iudei q; p nimio potu musti. id est per ebrietatem apostoli aliter loquebantur. sed petrus occurrit signis. id est miraculis ⁊ virtutibus docet. id est probat perfidos iudeos probauit loqui falsa; Johelis pphete testimonio; pbabat enim Johel sic. Effundam de spiritu meo super omnem carnem. ⁊ pphetabunt filij vestri ⁊ filie vestre.

Sit laus patri cum filio sancto simul paraclito nobisq; mittat filius charisma sancti spiritus. Amen

Laus sit filio simul ⁊ sancto paraclito. id ē spiritui sancto. ⁊ mittat nobis omnibus fidelibus. charisma. id est donum sancti spiritus vel donū sancti spiritus.

Eni creator spiritus mētes tuorū visita. imple superna gratia que tu creasti pectora

Materia huius hymni est spiritussanctus quem pater ⁊ filius promiserat quādo dixit Johel Effundam de spiritu meo super omnē carnez. Filius promisit quando dixit. Si assumptus fuero in celum mittam vobis paraclitum. ⁊ apostolis orantibus. in hora tercia mundus tonuit ⁊ subito venit spiritussanctus. ⁊ apostoli inflammati spiritussancto diuersis loquebātur linguis magnalia dei. Intentio est rogare deum vt purget pectora nostra superno splendore ⁊ illuminet gratia spiritussancti. ⁊ expellat a nobis visibiles ⁊ inuisibiles hostes vt habeamus vitam permanentem cum ipo. O creator ⁊ o sancte spiritus dei. veni ⁊ visita. mentes tuorum fidelium. et veniendo. imple pectora. superna gratia que tu creasti. id est fecisti.

Qui paraclitus diceris donum dei altissimi fons viuus ignis charitas et spiritalis vnctio

Qui paraclitus. id est consolator diceris donum dei altissimi. ⁊ diceris fons viuus. de quo non communicat alienus. Vel fons aque salientis in terram. ⁊ diceris ignis. quia corda hominū ad dilectionem dei ⁊ proxi-

accende ꝛ vicia.id est peccata consumis.ꝛ diceris charitas .quia facis diligere deum ꝛ proximū.ꝛ diceris spiritalis vnctio.quia de spiritali vnctione id est de spiritu sancto.vngis corda hominum vt humilientur in susceptō ne sacri baptismatis.

Tu septiformis gratie dextre dei tu digitus tu rite pmissum patris sermone ditans guttura

¶ Tu es donum septiformis gratie. id est per septiformem gratiam. Septem enim sunt dona spiritussancti.scilicet. spiritus sapientie ꝛ intellectus.spiritus consilij ꝛ fortitudinis. spiritus scientie pietatis ꝛ amoris.tu es digitus.id est potentia.dextre dei. quia sicut modi digitorum sunt varij.ita varia sunt dona spiritussancti.ꝛ tu es promissum patris.recte ditās id est faciens diuites guttura vel pectora .sermone rito .id est amore solito promisso patris.

Accende lumèn sensibus infunde amorem cordibus infirma nostri corporis virtute firmans perpetim

¶ Et tu qui operaris omnia.accende lumen sensibus. id est mentibus nostris.et infunde cordibus nostris amorem. id est delectionem de i.firmans infirma.id est debita nostri corporis .perpetim .id est perhenniter. perpeti virtute.id est mirabiliter cum virtute perpetua.ꝛ semper nos firmans .id est protegens.

Hostē repellas longius.pacemq; dones protinus ductore sic te previo vitemus omne noxium

¶ Repellas longius hostem.id est remoueas eum procul a nobis. ꝛ dones pacem protinus.id est cito.vitemus omne noxium.id est peccatum sic te previo.scz ductore.

Per te sciamus da patrem noscamus atq; filium te vtriusq; spiritum credamus omni tempore

¶ Da o sancte spiritus vt per te sciamus patrem atq; noscamus filium. et credamus te vtriusq; spiritum.id est procedentē a patre ꝛ filio omni tempore.Amen.

Sequitur Adesto sancta trinitas

Expositio hymnorū

Deste sancta trinitas par splendor vna deitas qui

extas rerum omniū sine fine principium

O sancta trinitas adesto.id est prope sis tu dico par splendor ꝛ vna deitas qui supple deus existis.id est permanes ꝓncipiū oīm rerum.id est creaturarum sine fine.qr nō est finis neqꝫ ꝓncipiū in deitate

Te celorum milicia laudat adorat predicat triplexqꝫ mū

di machina benedicit per secula

Milicia celor.id est angeli siue spiritus celestes laudat te.spe deum in trinitate adorat supple te ꝑdicat supple te qꝫ pro et.ꝛ triplex machina mūdi supple celestis terrestris ꝛ infernalis benedicat.id ē benedicendo laudat supple te per secula.id est eternaliter.

Assumus et nos cernui.te adorantes famuli vota ꝑeqꝫ

supplicum ymnis iunge celestium

Et nos cernui.id est deuoti.famuli.id est seruitores.assumus.i.petimus.nos dico adorantes.id est precantes te supple deum qꝫ hoc.iunge id est iungas vota.id est desideria.qꝫ pro et.ꝛ preces.id est oratōnes.supplicum.id est deuotorum hominū.hymnis.id est laudibus.celestium supple spirituum.

Unum te lumen credimus.quod et ter idem colimus al

pha et o quē dicimus te laudet oīs spiritus

Supple nos credimus.id est scimus.te supple deum.vnum lumen.qꝫ spe lumen.ꝛ colimus.id est honoramus.idem supple lumen.ter.id est tripliciter.scꝫ in patre.filio ꝛ spiritu sancto ꝛ vnū deum in trinis.quē spe deum dicimus.id est nominamus.alpha.id est principium.ꝛ o.id est finem oīs spūs.i.oīs hō laudet.i.laudat honorādo te supple deum.

Laus patri sit ingenito laus ei vnigenito.laus sit cū san

cto spiritu trino deo et simplici

Laus sit deo ingenito.id est non generato scꝫ patri ꝛ laus sit et deo vnigenito.id est cū filio laus sit cū sancto spiritu trino deo supple in personis.ꝛ simplici spe deo in vnitate substantie.

Pater sancte mitis atqꝫ pie o iheſu xpe fili venerā

de paraclitusqꝫ spirit⁹ venerande alme deus eterne

O sancte pr̄ sacis scrōs credētes in te.tu dico mitis.id est benignus

Holio xxxvi.

Effectū. qz facis nos mites z pios. atqz p et. qz o pie iesu christe. tu dico fi⁹ .s^c pzis venerāde. i. honozāde. qz de iure debemus te venerari z laudare. qz p et. z paraclitus spūs. i. scūs spūs. s^c o venerande deus. s^c o alme de⁹ et s^c o eterne deus

¶ Trinitas scā vnitas qz firma deitas vera. bonitas īmēsa lux

angelozū salus orphanozū spes qz cūctozū

O trinitas. i. o de⁹ in trinis pſonis. qz p et. et o vnitas firma s^c in essentia. et o deitas vera. qz tuos semp veraces facis. qz veritas es. z o imensa bo nitas. i. incōprehēsibilis tu dico lux. i. splendoz angelozū salus orphanozū. i. pcōz indulgētia peretū. qz p z. et spes. i. pfidentia. cūctozū s^c hominū.

¶ Seruiūt tibi cūcta q̄ creasti. te tute cūcte laudant creature

nos quoqz tibi psallimus deuote tu nos exaudi

¶ Sup^c o scā trinitas. cūcta. i. omia. q̄ s^c tu creasti. seruiūt tibi s^c trinitati. cūcte creature tue laudāt te s^c deū in trinitate. qz p z. z nos deuoti. i. suppli ces psallēs⁹ tibi s^c deo. z exaudi nos s^c psallentes laudē tuā

¶ Gloria tibi oipotens de⁹ trin⁹ z vn⁹ magn⁹ z excelsus te

decz hymn⁹ laus honoz z decus nūc z in euū

Lux beata trinitas z pncipalis vnitas. iam sol rece/

dit igneus. infunde lumen cordibo.

Dateria hui⁹ sumit circa q̄litatē tpis die recedēte z nocte aduenīēte. Intē dit ēn autoz inuocare trinū deū in pſonis. z trinitatē in vnitate. vt infūdat in cordibo nīis lumē spūlci. vt laudare mereamur deū tā in pſpis qz in ad uersis. z ita pcedat nobis trāsire die z nocte sine perō zc. O beata trinitas id ēo de⁹. s^c q̄ est lux hominū vel mūdi seu angelozū. z vnitas pncipalis. i. q̄ hz pncipatū super oē qđ est. tā sol igne⁹. i. xp̄s. recedit. s. a nobis. z ideo infun de lumē. i. dona spūsc̄m. cordibo. i. sensibo nīis. vt sic illud hēre mereamur

¶ Te mane laudum carmie. te deprecemur vesperi. te nostra

supplex gloria per cūcta laudet secula

Et o xp̄e infūde spūsc̄m te dep̄cemur. z vt adiunes nos. laudū carmie. s^c laudam⁹. te mane. i. sp. qz oī hora z oī tpe debem⁹ laudare deū. Juxta ꝓbū xphere. Vel spe z mane z meridie zc. te dep̄cemur. i. rogemus vespi. i. in fine mūdi. z nra supplex. i. humilis. gīa laudat te. sic xp̄m. p cūcta secula. i. poē tp̄s

Rbs beata iherusalē dicta pacis visio. q̄ ꝓstruit celis

viuis ex lapidibo z āgelis coronata vt spōsata comite

Expositio hymnorū

In hac ꝓmemoratōe celestis ierusalē autor laudat deū qui hoc sacro templo infudit iugiter suā bñdictōem. quapropter rogat deū vt in hoc templo scō suo oēs ꝓmereamur acquirere eterna bona t adepta cū suis scis penit ter possidere. Hierusalē beata vbs. est ciuitas celestis ꝓstituta vel ꝓstructa de aiabꝫ scōꝝ q̄ sunt viui lapides. t est interp̄tata visio pacis. q̄ hierusalē ꝓstruit in celis. ex viuis lapidibꝫ. i. sanctis aiabꝫ scōꝝ q̄ sunt viui lapides. illa dico coronata scz in angelis vt sponsata comite. i. sicut mulier ornata ē viro. i. sponso. ita ecclesia christo.

Noua veniēs e celo nuptiali thalamo. p̄parata vt sponsata copulet dño. t platee t muri ei⁹ ex auro purissimo

Ista noua sponsa. i. scā ecclia. veniēs e celo. i. cū xp̄o. ista dico p̄parata nuptiali. i. ꝓginali thalamo vel lecto. i. lauacro baptismatis. vt ꝓ sicut sponsata copulet. i. ꝓiugat dño. platee. i. min⁹ ꝓfecti. t muri. i. p̄dicatores illius sponsi sunt ex auro purissimo. i. ex splendore sanctoꝝ. qui splendidi efficūtur sicut aurū purissimuꝫ.

¶ Tonsionibꝫ p̄ssuris expoliti lapides suisq̄ aptant locis p manus artificis. disponūtur ymāsuri sacris edificijs

¶ Lapides. i. sancti martires. expoliti. i. aptati ad edificādū. tonsionibꝫ. i. ꝓcussionibꝫ t afflicti. p̄ssuris. i. tribulatōibꝫ. sicut lapides in muro sunt edificati. ita aie scōꝝ ꝓ sunt ordinate in paradiso. ex. ꝓ et. aptant. i. ordinant vel disponūtur suis locis p manus. artificis. i. ꝓ manus filij dei. lapides dico ymāsuri diu sacris edificijs. i. celestibꝫ edificijs

Porte nitēt margaritis aditis patentibꝫ t virtute meritorū illuc introducit oēs q̄ ꝓ xp̄i noīe in hoc mūdo p̄mit

¶ Porte scz illius tēpli. nitent. i. resplendent. margaritis. i. virtutibꝫ aditis luminibꝫ. patētibꝫ. i. aptis sacris templis. t hic. i. in tēplo oēs christiani qui ꝓ christi noīe p̄mit. i. cruciat. illuc scz in ꝓsenti mūdo. introducit. i. in celestem hierusalē. ꝓtute meritoꝝ. i. bonoꝝ operū. scz donoꝝ suoꝝ.

Agularis fundamentum lapis christus missus est qui compage parietis in vtroq̄ nectitur. quem sancta syon suscepit in quo credens permanet

¶ Christus dicit lapis angularis qui a iudeis fuit reprobatus Unde dauid lapidem quē reprobauerūt edi ꝛc. tamē duos populos in vnū ꝓiunxit scz iudaicū et gentilem. qui christus. i. dei filius speculat quotidie eternā beatitudinem. summi regis. id est dei patris. christus scz fundamentū totius ecclesie missus est a patre est factus lapis angularis qui lapis nectitur. id ē

ſuggitur compare. i. ꝓiunctione parietis. in vtroꝙ. id est in duobꝫ populis. ſcz in iudaico ⁊ gentili. quē ſcz christū syon suscepit. Sancta syon interp̃tatur ecclesia vel speculatio. in quo scz christo vel ecclesia credēs. scz christian⁹ qui credit ꝑmanet firmiter in fide sancte ecclesie

¶ Omnis illa deo sacra et dilecta ciuitas plena modulis et

laude ⁊ canore iubilo trinū deū vnicuicꝙ cū fauore p̃dicat

¶ Omnis illa ciuitas. id est ecclesia militans. deo. id est ad dei honorem est facta. id est sacrata. et dilecta. id est amata a deo. et plena modulis. id est cantilenis angelorum in laude dei ⁊ canore. id est cantu. vel canore iubilo id est dulci exultatione. Jubileus est gaudium illud quod est interius in homine quod omnino non potest referri nec etiam omnino tacetur pre animi exultatione. et sancta ecclesia predicat trinum deum. scilicet in personis vnicuicꝙ. id est vnum in substantia. vel vnum quoꝙ cum fauore predicat cum prece. id est oratione

¶ Hoc in tẽplo summe de⁹ exoratu aduenies clemẽti bonita

te precū vota suscipe largã benedictiõemꝙ hic infũde iugiter

¶ O summe deus exoratus. scilꝫ a nobis. id est tu deprecatus aduenis per gratiam in hoc templo. id est in ista ecclesia. ⁊ suscipe vota precãtum. id est precum vel orationum. Istud intransitiue legitur. et est ibi figura que dicitur endiadis. que habet fieri quando duo nomina substantiua simul ponũtur ꝙ vnũ illoꝝ adiectiuat ⁊ alterũ remanet substãtiuũ ⁊c. clementi bonitate. i. moderata tua p̃ce vel voce. infũde. i. imitte. iugiter. i. penniter vel assiduе. benedictiõem largã. i. latam

¶ Hic promereank oẽs petita acq̃rere ⁊ adepta possidere cũ

sanctis penniter. paradisũ introire trãslati i requiẽ Amen

¶ Hic scilꝫ in sacra ecclesia. vel hic id est in isto loco. omnes scilꝫ fideles homines. promereantur. id est bene mereantur. acquirere petita. scz iusta ⁊ santa. et adepta. id est illa petita obtenta ⁊ habita. possidere perenniter. id perpetue. cum sanctis. id est cum bonis et deo dilectis. et supple dum sumus. translati in requiem. id est dũ sumus mortui. supple mereamur. introire paradisum. id ẽ regnũ celorum.

Quod chorus vatũ venrãdus olim spũscõ cecinit re

pletus in deiſactũ genitrice ꝓstat esse maria

Expositio hymnoꝝ

¶ In hoc hymno agit autor de natiuitate christi. et qualiter dꝫ esse ꝓplenum in maria qđ ꝓphete ꝑdixerũt. qz maria ꝛcepit ⁊ peperit filiũ. ⁊ symeon iustus suscepit eũ in templo. Dicimus ergo q ꝓphete senserũt de aduentu ⁊ natiuitate xp̃i. Dicit eñ Ysaias. In medio duũ aialiũ cognoscēris. i. inter bouē ⁊ asinũ. et alibi. Egredietꝫ virga de radice yesse. et Abbacuc sentiens de christi aduentu siliter ait. In medio duũ aialiũ cō. Et multi alij ꝓphete annunciauerũt ⁊ ꝓphetauerũt de christo. hoc totũ ꝓplerum est in maria. qz christus ꝛceptus. natus. baptisatus. crucifixus. ⁊ in templo p̃sentatus. et a iusto symeone ⁊ ab anna vidua susceptus est. Uñ a ꝓlonis illis q̃ dñō obuiauerũt istud festũ. in quo iste hymnus cantat. hypapanti dñi dicit id est obuiatio dñi. ¶ Qonstrue. sc̃ illud ꝓstat esse factũ. i. impletũ in maria genitrice dei. i. matre christi. qđ venerãdus chorus. i. honorabilis ꝓgregatio. vatũ. i. ꝓphetarum. repletus. i. plenus. spũsancto cecinit. id est ꝓphetauit olim. id est dudum

¶ Hec deũ celi dñm qz terre virgo ꝛcepit peperitqz virgo. ac

qz post partũ meruit manere inuiolata.

¶ Et vere ꝓstat esse factũ qđ ꝓphete cecinerũt. qz beata virgo ꝛcepit dominũ. id est christũ deum celi ⁊ terre. ⁊ virgo. scz maria. peperit illuz quē gessit id est portauit. atqz. ꝑ et meruit. sc̃ dicta virgo maria. inuiolata manere. i. mansit incorrupta post partum

¶ Quē senex iustus symeon in vlnis in domo sumpsit dñi ga

uisus hoc qđ optauit videre ꝓprio lumine xp̃m

¶ Quem. i. christũ. symeō iustus ⁊ senex. i. ānosus symeon sacerdos. sumsit. i. suscepit. in vlnis. i. in brachijs suis. in domo. i. in templo. dñi. sc̃ symeō est gauisus. i. letat⁹ videre. i. aspicere. christũ suo ꝓprio lumine. i. oculis. quod optauit. i. desiderauit ꝑ multa tempora

¶ Tu libens votis petimus p̃cantũ regis eterni genitrix fa

ueto clara qz celsi renitens olimphi regna petisti

¶ O tu genitrix. i. mater eterni regis. scilz christi qui caret p̃ncipio ⁊ fine. te petimus fauero. id est ꝛcede. votis precantũ. i. precibꝰ famulorꝫ. libens. i. libenter. et tu renitens. i. splendens. petisti ꝓ accepisti. clara regna olimpi celsi. id est alta celi.

¶ Sit deo nr̃o decus ⁊ potestas sit laus ꝓpes honor peren

nis. qui poli summa residet in arce trinus ⁊ vnus Amen

¶ Decus et potestas sit deo nostro perpes salus. i. perpetua gloria. ⁊ perennis honor sit deo nostro. qui scz deus. residet in summa arce poli. i. in altitudine celi. trinus. in ꝓsonis. ⁊ vnus in substantia

Quem terra pontus ethera colunt adorant predicãt trí-

nam regentem machinã claustrũ marie baiulat

¶ Intencio huius hymni est. q autor vult ostendere hoc quod pphete de christo nũciauerũt. in genitrice dei maria esse completum. Ostendit similiꝫ ter qualiter claustrum marie baiulauit christuꝫ. Et nota q deus fecit hominem de limo terre. t posuit eum de paradiso voluptatis t phibuit ei ne comederet de ligno vite quod erat in medio paradisi. sed diabolo suadente comedit. t cum postmodũ similiter suadente ade ambo comedentes de ligno vetito diabolo placentes mortaliter peccauerũt. t post peccatũ tante trãsgressionis de paradiso terrestri a dño eiecti se nudos esse cognouerũt. Videns deus ergo deus q aliter non posset redimere genus humanũ nisi per feminam. vnde t in vterum virginis descendit humanuꝫ corpus assumens. et ita sumus redempti t a peccato liberati per feminã. vnde t nos grates reddere tenemur. Dicũ est etiam supra q maria stella maris est mater dei. et quem celum t terra capere nõ poterant in gremio suo portabat. Construe. Claustrũ. i. venter beate virginis marie baiulat. i portat illum deum regentem. i. gubernãtem. trinã machinam mũdi. scꝫ celum terram t mare vel trinam machinã anime. scꝫ capabilitatem. rõnabilitatem. t sensualitatem. quem s. deũ. terra. i. boni homines. pontus. i. mali hoies. ethera. i. celestes creature. colũt. id est honorant. adorant. id est ꝓmendant. predicãt id est publicant siue denũciant

¶ Cui luna sol t omnia deseruiũt per tempora ꝓfusa celi gra-

tia gestant puelle viscera

¶ Dico q celum. id est celestes creature. terra. id est terreni. t omnia celestia siue terrestria laudant t adorant illum quem celum t terra capere non poterant. et vere. quia viscera puelle. scꝫ virginis marie. perfusa. i. repleta. gratia celi. i. de roze celesti. gestant. i. portant. s. christũ deum. cui christo luna. i. variatio lune. sol in cursu suo. t omnia entia deseruiũt. id est famulant per tempora. id est temporaliter

¶ Beata mater munere. cuius supnus artifex mũdũ pugillo

ꝓtinens ventris sub archa clausus est

¶ Et quia maria portauit christũ possumus dicere q est beata mater munere. id est dono filij. sub cuius scꝫ matris. archa ventris. id est ventri. supernus artifex. i. summus creator. ꝓtinens mũdum. scꝫ vniuersum. pugillo. i. sub sua potestate. clausus est. i. portatus.

¶ Beata celi nũcio fecũda sancto spiritu desideratus gentilio

cuius per alvum fusus est

¶ Et quia supernus artifex clausus est sub archa ventris virginis marie

possumus cum tene dicere. q dei genitrix virgo maria .sit beata. id est sancta .nuncio celi .id est angelica salutatione a trinitate missa. et est fecunda .id est impregnata .sancto spiritu .per cuius supple virginis marie .aluum. id est vterum .fusus est .id est natus est .sup^e ille qui fuit .desideratus .a cūctis gentibus .id est populis.

Gloriosa domina excelsa super sidera .qui te creauit p

uide lactasti sacro vbere.

¶ Materia huius hymni est .q beata virgo maria peperit saluatorem nostrum. Et quia deus contulit ei tantam gratiam q saluatorem nostrū pareret ꝛc facit autor apostrophā .id est conuersationem ad deum. et q deus contulit ei tantam gratiam q ipa peperit saluatorem nostrum .conuertit sermonem suum ad ipsam ostendendo eam esse gloriosam dicens . O gloriosa domina .id est o spōsa domini nostri. excelsa .id est eleuata. super sidera .id est super omnes celos .tu lactasti sacro vbere .id est ex sancto pectore illum .qui te creauit ,puide .i. sua eterna prouidentia

¶ Quod eua tristis abstulit tu reddis almo germine. intrēt

vt astra flebiles celi fenestra facta es.

¶ Tu reddis .id est restituis .almo germine .id est per sanctum filium tuum .supple illud .id est paradisum .quod eua sup^e existens tristis .id est dolorosa .abstulit s^e a nobis .et es facta fenestra celi .i. christi. vt flebiles .i. hoiēs deflentes peccata sua intrent astra .i. celos.

¶ Tu regis alti ianua .tu porta lucis fulgida. vitam datam p

virginem .gentes redempte plaudite

¶ Dico q homines deflentes peccata sua intrent celos. et vere. quia tu es .ianua .id est ostium .alti regis .id est christi. ⁊ tu supple es facta fulgida porta .id est splendida ianua .lucis .id est christi .qui est vera lux que illuminat oēm hominē venientē in hūc mūdum .et o gentes redempte .i. liberate ⁊ a domino iesu christo .plaudite .id est gaudete. vitam datam esse p virginem. ⁊ mariam

Ue maris stella .dei mater alma .atq semper virgo fe

lix celi porta

¶ Materia huius hymni est de salutatione beate virginis marie facta ab angelo sic dicente .Aue gratia plena dominus tecum. benedicta tu in mulieribus. Et cum ipsa respondisset ecce ancilla domini fiat mihi sm verbum tuum .tunc virtute altissimi obumbrata est ⁊ solo verbo concepit filium. qui est christus dominus noster. Intendit etiam autor ipsam beatam virginē mariam inuocare. vt ipsa nomen eue per quam mors intrauit mutet. ⁊ vt

ſoluat uincula peccatorum noſtrorum.et preſtet nobis vitam eternam .et vt nos a peccatis abſoluros mites faciat et caſtos . Hinc etiam laudare nos hortatur et glorificare hunc diem.propter hoc q̄ euaſimus de domo diaboli per ipſam.et venimus per fidem ꝛ gratiam dei ad regna celorum. Et innuit hoc per ſimile faciendo iſtam comparatiõem.ſicut enī ſtella maris preſtat ducatum ipſis nautis.vt veniant ad portum, ita per ducatum virginis marie veniemus ad portum.id eſt ad chriſtum. et hoc eſt quod dicit. O ſtella maris.id eſt mūdi.aue.id eſt ſalue.o alma mater.id eſt ſancta genitrix.dei et hominis.atq̄ pro et manens ſemper virgo.ſcz ante partuꝫ in partu.ꝛ poſt partum.et o felix porta.id eſt ſancta ianua, celi.id eſt paradiſi.aue.id eſt ſalue.

¶Sumens illud aue gabrielis ore.funda nos in pace mutans nomen eue

¶ Et quia tu ſumens illud aue.id eſt illam ſalutationem angelicam.que fertur ab ore gabrielis.illius angeli ſic dicti.funda.id eſt ꝛfirma.nos in pace.i.in eterna beatitudine.tu dico.mutans nomen eue.in aue .id eſt maledictionem eue in tuam benedictionem,

Solue vincla reis.profer lumen cecis.mala noſtra pelle bona cuncta poſce

¶ Et quia tu virgo dicta es ſtella maris.et quia mutaſti nomen eue .id ē maledictōem eue deleuiſti.ꝛ impetraſti nobis benedictionem.ꝛ confudiſti mortem tribuens nobis vitam perpetuam.ideo ſolue vincula.id eſt ligamina peccatorum.reis .id eſt peccatoribꝰ. profer .id eſt tribue.lumen cecis id eſt infidelibꝰ.et pelle.id eſt remoue a nobis mala noſtra.id eſt peccata noſtra.ꝛ poſce.i.poſtula a filio tuo.cūcta bona

¶Monſtra te eſſe matrem.ſumat per te precem.qui pro nobis natus tulit eſſe tuus

¶ O maria.monſtra.id eſt oſtende.te eſſe matrem.ſcz placando filium tuū et filius tuus.ſumat preces.id eſt deprecationes noſtras. per te. qui sc̄ filius.natus ex te.virgine maria.pro nobis.miſeris peccatoribꝰ.tulit .id eſt ſuſtinuit.eſſe tuus filius

¶Virgo ſingularis inter omnes mitis:nos culpis ſolutos mites facet caſtos

¶ Et quia ſuſtinuit eſſe filius tuus.ideo virgo ſingularis. quia nulla eſt tibi ſimilis.quia fuiſti virgo ante partum.virgo in partu.et virgo poſt partum.mitis.id eſt humilis.inter omnes.ſupc̄ alias mulieres. ꝛ o virgo caſtitatis mater.fac nos ſoluros.ſcz a culpis.et fac nos mites.id eſt manſuetos ꝛ caſtos.ſcz in corpore ꝛ in anima ſimul

Expositio hymnorū

¶ Vitam presta puram. iter para tutū. vt videntes iesuz sem

per colletemur

¶ Vt q3 es mater castitatis z suauitatis o virgo. presta. i. dona. vitaz pu3 ram. s^c nobis. et para. i. tribue. iter tutum. i. viaz securam. vt nos videntes iesum. filium tuū. colletemur. i. simul gaudeamus. semp. i. in presenti ei laū des psoluentes. et in futuro eum plenius cognoscentes. gaudeamus z exp3 ultemus cum dño nostro filio tuo.

¶ Sit laus deo patri. summo christo decus. spūisco trinus

honor z vnus Amen

¶ Vt q3 descendit dñs deus noster in vterū virginis. i deo laus. i. gloria. sit deo patri. et decus. i. reuerentia sit summo christo. i. excelso filio dei. z spi3 ritui sco sit honor trinus. in psonis. z vnus in essentia Amen

Q queant laxis resonare fibris mira gestorū famuli tu

orum solue polluti labii reatū sancte iohānes.

¶ Hymnus iste vitā z mores habitū z uersationē sancti Johānis bap3 tiste describit orans z psuadens vt eius consuetudinem imitemur. vt ad eius beatitudinem peruenire mereamur. O sancte Johannes solue. id est relaxa. reatum labii. id est oris. polluti. id est inquinati. vt famuli tui. que3 ant. id est possint. resonare. mira. id est miracula. gestorū tuoz. id est factorū fibris. i. fenis. laxis. i. resolutis vel apostolis vocib3 exoratis.

¶ Nūcius celso veniens olimpo te patri magnū fore nascitu

rum. nomen z vite seriem gerende ordine promit

¶ Nuncius celso est veniens olimpo. id est de celo. sez angelus gabriel ve niens olympo. promit. id est nūciat. te fore magnum nasciturū. patri suo za charie. et nomen tuū similiter promit. q3 dicit Johannes vocetur. z pmit seriem. id est ordinem vite gerende dicens. Vinū z siceram nō bibet. ordi3 ne. id est fm ordinem quem gessit

¶ Ille promissi dubius superni pdidit prompte modulos lo

quele. sed reformasti genitus pempte organa vocis

¶ Ille sez zacharias. dubius. id est incredulus. promissi superni. id est cele3 stis promissionis. perdidit prompte modulos loquele id est modum locu tionis. Ambrosius enī dicit q3 zacharias vocem amiserat int eōsonantibus quia eas formare non poterat. sed tu reformasti o sancte Johannes. geni3 tus id est natus. organa. id est instrumenta. vocis perempte. id est destruc te seu extincte vocis

Uentris obstruso positus cubili senseras regem thalamo

manentem. hinc parens nati meritis uterq; abdita pandit

Et tu positus. i. recūbens. cubili. i. ventre matris tue. obstruso. i. claustro senseras regem. i. xp̄m. manentē. i. iacentē. thalamo. i. ventre marie. hinc. i. ex hoc q; tu nouisti xp̄m. o Johannes. parens uterq;. scz zacharias ⁊ elizabeth. de meritis nati. pandunt. abdita. i. ꝓphetauerunt abscondita. Pater aūt dixit. Benedictus dñs deus israel. ⁊ hoc non suis meritis. sed filij. scz iohannis. mater aūt dixit. Ūñ euenit mihi q; mater dñi mei venit ad me.

Ad matutinas

Antra deserti teneris sub annis ciuium turmas fugiens

petisti. ne leue saltem maculare uitam famine posses

O sancte iohānes tu fugiens. turmas. i. turbas ciuiū petisti. antra. i. obscuram spelunçam. deserti. i. loci desolati. sub teneris annis. i. in etate. xij. anni. et posses maculare uitam sanctam. famine. i. uerbo ocioso. ociosum uerbum est quod aut utilitate rectitudinis. aut iuste rōne necessitatis caret famine dico saltem leui. id est sine bono fructu

Prebuit byrtum tegimē camelus artubus sacris strophe

um bidētes cui latex haustum sociata pastum mella locustis

Camelus prebuit hirtū tegimen. id est asperū uestimentū. sacris artubus. id est sacris membris. bidentes. id est oues. p̄buerūt stropheum. i. cingulum. cui. scz iohanni. latex. id ē aqua prebuit haustū. ⁊ cui mella prebuerunt pastum. mella dico sociata sibi locustis. id est volatilibus.

Ceteri tantum cecinere uatum corde presago iubar affu/

turum tu quidem mundi scelus aufferentem indice prodis

Ceteri uatū. id est alij ꝓphete. cecinere. i. ꝓphetarūt. tm̄. id est tm̄mō. corde presago. i. puido. iubar esse affuturū. i. xp̄m uenturū. sed tu distinctus es ab alijs ꝓphetis di. Ecce agnus dei ⁊c. prodis. i. ostendis xp̄m sp̄m auferentem. scelus mundi. i. pctm̄. indice. i. cū digito dicēs. Ecce agnus dei ⁊c.

Non fuit uasti spacium per orbis sanctior quisquā geni/

tus iohāne qui nephas secli meruit lauantē fingere limphis

Quisq; hō genitus nō fuit sanctior iohāne q; spaciū. uasti orbis. i. amplj mundi. unde ueritas ait. Inter natos mulierū ⁊c. Quidā opponunt de xp̄o. sed non valet. quia de uirgine natus est. q; iohānes meruit. fingere. i. baptisare limphis. i. aquis iordanis. lauantē. scz xp̄m purgantē. nephas. i. peccatū. secli. i. seculi. ⁊ est ibi syncopa.

Expositio hymnorū

Nimis felix meriticq celsi nesciens labem niuei pu/

doris prepotēs martyr heremicq cultor maxie vatū

O nimis felix. Et quoniā meruisti christū tingere limphis tu dico o nimis felix celsi meriti. nesciens id est ignorans. labem. id est sordem. niuei pudoris. id est pulchre castitatis. martyr. id est testis. prepotens. id est prealijs potens dixisti. Ecce agnus dei ꝛc. vel martyr. id est decollatus. ꝛ cultor id est habitator. heremi. id est solitarij. Tu dico maxime vatum. quia propheta plus ꝫ propheta.

Serta tredenis alios corōāt aucta crementis. duplica/

ta quosdam trina centena cumulata fructu. te sacer ornant

Tres ordines hic notantur. scilicet. tricesimus. sexagesimus. ꝛ centesimus. in quibus continentur omnium hominum ordines. scilicet. continentes. coniugati vel virgines. qui et designantur per tres viros. scilicet per Noe per Danielem. per Job. per Noe designantur coniugati. per Job continentes. per Danielem virgines designantur. Unde legitur in euangelio. Alij sunt in lecto. alij in villa. alij in agro hoc tractatum est de euangelio vbi dicitur de semine iacto. Aliud sexagesimū. aliud tricesimum. aliud centesimū fructum attulit. ideo dicitur hic in littera. Serta terdenis alios coronas. Serta. id est corona. terdenis. id est triginta. coronas alios. scilicz coniugatos qui habent secum fidem sancte trinitatis. scilicet patris ꝛ filij ꝛ spiritussancti. ꝛ adherent etiam decem preceptis legis diuine. ꝛ illa serta duplicata sunt scilicet in sexagesimū fructum ꝛ coronas quasdam scilicz cōtinentes. qui vixerunt in charitate dei ꝛ proximi. ꝛ qui habent sex opera misericordie ꝛ castitatis vel charitatis scilicet pascere ieiunos. vestire nudos. potando sitientes. visitare infirmos ꝛc. illa sexta. id est triginta super sexagesima cumulata ꝛ aucta p augmētationem denarij scz p decē centeno fructu. i. centesimo coronas o sancte iohānes qui es virgo. qz centesimꝰ fructus. coronat. i. ornat virgines Et vt breuius exponamus. A tricesimo fructu vel ordine coniugati. a sexagesimo continentes. a centesimo virgines post dissolutionem corporis ꝛ anime coronant in eterna beatitudine.

¶ Et nota q tricesimus numerus surgit a ternario ꝛ denario. qz coniugati habent fidem sancte trinitatis. ꝛ adherent decem p̄ceptis legis. sexagesimus numerus a senario ꝛ denario surgit. quia cōtinentes habent sex opera misericordie ꝛ charitatis. scz pascere ieiunos. ꝛc. Virgines in centesimo ordine ponuntur ꝛ significant perfectionem. quia centenarius numerus surgit a trino tricesimo ꝛ denario. id est decem superadditio. ꝛ ita sunt centum. Per. c. numerus perfectus intelligitur. ꝛ in hoc ordine fuit beatus iohannes non absurde imo aperte fm loquelam digitoꝝ. Per tricesimum numerum coniugatorum. ꝛ per sexagesimū continentiū. per centesimū virginū merces accipitur. Periti em̄ prima computatione articuloꝝ (quā appellant loquelam digitoꝝ) dicunt qm̄ in sinistra manu per quā vita tpalis intelligit vsq ad nonagintanouem solebant computare. Centum autē ex

Folia xlj

deinde in dextera parte per quã celestis vita designatur. Vnde de quodã centenario habemus in quodam libro sic. Jum dextera computat annos Jn hoc loco autor facit numerum suum per quinq; digitos manus. scz per policem. per indicem. per medium, medicũ z auricularem. Auricularis in palma positus significat vnitatem. Medicus cum ipo positus duo significat. Medius cũ ipsis positis. scz in medio. tria significat. deinde nihil. Auricularis erectus medio. z medio iacentibus quatuor significat. Medicus cum illo erectus medio iacente in palma quinq; designat. Medius cum illis erectus sex significat. Jtem articularis in palma extensus septem significat. Medicus eodem modo positus in palma octo significat. Medius simili modo positus nouem significat Jndex qui vsq; hoc nil fecit predicto modo positus decem significat. Amplexu pollicis adiunctis. xxx. Scat per quẽ numerũ satis congrue accipit merces cõiugatoz ꝓpter illoz. mollẽ amplexum. z vite dilectõnẽ z cõcordiã. Pollex siquidẽ cũ indice firmiter astrictus sexaginta significat. Per quẽ numerũ satis competenter accipit merces cõtinentiũ. graue em̃ est ab amplexu z voluptuosa delectatõne z cõsuetudine abstinere. Vñ scriptũ est. Nil cõsuetudine malus. Jn dextera dicit centum. per numerũ qui fit in dextera parte vita celestis intelligit per quez nõ imerito accipit merces virginũ. quia in hac vita mundam z imaculatã vitam celestem z angelicam incẽptum possunt ducunt.

Nunc potens nostri meritis opimis pectoris duros lapides repelle asperum planans iter et reflexos dirige calles

Et quia tu talis es. o sancte iohannes. potens nunc replere. id est removere. duros lapides. id est incrudelitates nostri pectoris. meritis opimis id est fertilibus z magnis z fecundis. planans iter asperum. id est petrosuz et dirige calles reflexos. id est curuos in peccatis.

Ut pius mundi sator et redemptor mentibus pulsa livida ne puris rite dignetur veniens sacratos ponere gressus

Ut pius sator. z dicit a sero seris. id est creator mundi z redemptor mẽtibus puris. pulsa liuione. id est liuore abiecta. venenosa sorde. viciorũ saluator veniens dignetur ponere. gressus sacratos. id est sancta itinera. rite. id est sine offensione.

Laudibus cives celebrant superni te deus simplex pariterq; trine. suplices et nos veniam precamur parte redẽptis.

Superni cives. id est celestes angeli. celebrant te laudibus. o deus simplex. scz substantia carens patribus. z trine. scz in personis pariter z nos. suplices. i. humiles. precamur veniam. id est indulgentiam. parte redemptis. id est dimitte nobis redemptis. peccata nostra. qa redemisti nos sanguine tuo ꝓcio. Amen. id est sine fine.

Expositio hymnorū

Urea luce et decore roseo lux lucis omne perfudisti

seculum decorans celos inclito martyrio hac sacra

die que dat reis veniam

O lux lucis .id est filius patris. perfudisti omne seculū .id est replesti. aurea luce .id est predicatōne apostolor. lumina aurea dicta sunt ꝓpter splē dorem diuine bonitatis ⁊ bone vite quia nos illuminant. decore roseo .id ē rubeo martyrio. tu dico .decorans celos .id est celestes creaturas .inclito martyrio .i. nobili passione. in hac sacra die .sez ī hac sacra festiuitate .q̄ dies dat veniā .id ē indulgentiā .reis .i. peccatorib⁹.

Janitor celi. doctor orbis pariter iudices secli vera mun

di lumina per crucem alter. alter ense triumphans vite sena

tum laureati possident

Janitor celi .id est petrus hostiarius. doctor orbis .id est p̄dicator mun di .sez paulus. pariter .i. simul. sunt iudices seculi ⁊ sunt vera lumina mundi alter. i. petrus. triumphans .id est vincens per crucem. alter. id est alius sez paulus. triumphans ense. laureati .id est cozonati. possident senatum .id est principatum huius vite.

Jam bone pastor petre clemens accipe vota precantum

et peccati vincula resolue tibi potestate tradita. qua cunctis

celum verbo claudis et aperis

Jam bone pastor petre .Apostropham facit autor ad petrū sic dicens. O bone pastor petre clemens accipe vota precantū .i. preces. ⁊ resolue vin cula peccati potestate tibi tradita a christo. qua potestate claudis ⁊ aperis celum .id est pardisum. cunctis verbo .id est sermone.

Doctor egregie paule mores instrue. et mēte poli nos trā

ferre satage. donec perfectum largiatur plenius. euacuato

quod ex parte gerimus

